Dissertatio inauguralis medica de mechanica operandi ratione medicamentorum sic dictorum alterantium ... / [Gottfried Wilhelm Müller].

Contributors

Müller, Gottfried Wilhelm, active 1698. Hoffmann, Friedrich, 1660-1742. Universität Halle-Wittenberg.

Publication/Creation

[Halae] : Typis Christoph. Andreae Zeitleri, [1698]

Persistent URL

https://wellcomecollection.org/works/by58uwqy

License and attribution

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.



Wellcome Collection 183 Euston Road London NW1 2BE UK T +44 (0)20 7611 8722 E library@wellcomecollection.org https://wellcomecollection.org DISSERTATIO INAUGURALIS MEDICA 27 DE MECHANICA OPE-RANDIRATIONE MEDICA-MENTORVM SIC DICTO-RUM ALTERANTIUM.

Quam RECTORE MAGNIFICENTISSIMO, SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO,

DN. FRIDERICO WIL-HELMO,

ELECTORAT. BRANDENB. HÆREDE, &c. &c. Consensu Et Autoritate GRATIOSISSIMÆ FACULTATIS MEDICÆ, PRÆSIDE


D.FRIDERICO HOFFMANNO,

Medic. ac Philof. Natur. P. P. Medico Electorali Aulico, Facult. Med. h. t. Decano, DN. PATRONO AC PROMOTORE SUO ÆSTUMATISSIMO,

PRO GRADU DOCTORALI SUMMISQUE IN MEDICINA HONORIBUS ET PRIVI-LEGUS RITE AC LEGITIME IMPETRANDIS, IN AUDITORIO MAJORI d. XXVI. Octobr. M DC XCVIII. horis ante & pomeridianis Publico Eruditorum examini fubjicit

GODFRIED WILHELM Muller/BregaSil.

HALE, Typis CHRISTOPH. ANDREÆ ZEITLERI. Acad. Typogr.







§. I.

Apientisfime divus Hippocrates libro de morbis popularibus nos hortatur medicamentorum naturas addifcere, & libro de locis in bomine scite tradit: simedicamenta morborum clara sunt & manifesta, non est expectanda fortuna ad sanandos morbos: Principale enim methodi medendi momentum in eo situm est, ut medicamenta pro-

batæ & expertæ virtutis adversus quemvis morbum pernoscat medicus, illorumque vires & effectus solido ratiocinio ex indubitatæ veritatis principiis clare demonstrare atque oftendere possit, ita enim cum certitudine, cum ratione, imo tutissime procedit in medendo. Quantus autem & hodienum defectus? quanta inscitia veræ pathologiæ? quantæ hallucinationes in assignandis remediorum viribus, etiam inter illos, qui præ aliis rationales effe, & ab empiricis disting vi volunt, deprehendatur, res in promptu est. Equidem non deficiunt medendi & procedendi rationes, set quivis etiam ex vulgo medicorum copiosissimas allegare & proferre non ignorat, quando autem accuratius istas expendimus, fæpius nihil aliud quam nugamenta & verba tantum invenimus, quæ eadem facilitate, quâ adducuntur etiam iterum

con-

蓉(4)發 convelluntur; Annon quivis secundum suam perversam in phyficis & medica theoria hypothefin, quæ non ex rebus ipsis & experientia desumta est format sibi morborum causas, & explicat inde remediorum effectus. Tædiosum est, secundum seriem sectarum, hæc omnia ab ovo quasi repetere, illud saltim de recentissimis qui sectantur philosophiam experimentalem, & secundum rationem mechanicam rerum medicarum effectus æstimare allaborant, etiam atque etiam monere necessium habemus, quod in causis reddendis non tam ad motum, qui tamen præcipuũ eft naturæinstrumentūquam ad ipsam variam materiæ affectionem & dispositionem respiciant. Multum omnino ipsa materia disponit ac determinat motum, & viceversa motus potenter & cum majori effectu brevi tempore ipsam materiam alterare, & immutare aptissimus eft. Prudenter itaque illos facere existimo, qui ex duobus hisce principiis mechanicis conjunctim remediorum vires inquirere, & recte explicare allaborant. Nos in præsentiarum cum jam alio tempore & loco de evacuantium mechanico operandi modo diclum fuerit, instituimus ad rationem solidam revocare remediorum sic dictorum alterantium, quæ magis in materiam operarisolent, effectus. Divinum numen supplices precamur, ut suo auxilio hos conatus dirigat unice in veritatis inquisitionem jucundissimam.

§. II.

Quemadmodum evacuantia in medendo magis refpiciunt humorum copiam & quantitatem, & circa motum versantur, ita alterantia magis in mutatione qualitatis, temperiei, craseos, & mixtionis materiæ occupata sunt, quoniam autem elementa fluores præsertim sanguinem constituentia non homogeneæ ejusdemque naturæ

蓉(?)蓉

naturæ funt, sed valde inter se dissident ac discrepant, facile potest colligi, pro diversa mixtionis ratione varias & differentes subnasci fluorum intempeties, quæ vitiosum inordinatum & per consequens morbosum humorum motum non possunt non fistere atque producere. Confusis autem est, uti notum, fanguis, ex principiis, quæ etiam sub sensus incidunt, præsertim sequentibus, nimirum salinis, oleosis seu sulphureis, aqueis, terreis, quæ motu intestino & progressivo per partes solidas, qui vera intimæ unionis causa est, probe permixta constituunt illum rubicundum spiscensentem fluxilem tamen humorem, qui fundamentum totius vitæ ac fanitatis est. Prout itaque hæc elementa ratione quantitatis vel etiam volatilicatis fixitatis ingrediuntur mixturam sanguinis, variæ intemperies naturales seu sic dicta tem-peramenta vel etiam morbosæ, quæ plurimorum affe-Auum causæ antecedentes, continentes que sunt, proficiscuntur. Has itaque intemperies medicus rationalis probe dignoscere, illas convenientibus remediis corri-gere, prædominantes partes tollere, & omnia ad justum temperamentum atque æquilibrium reducere debet.Ex quo facile intelligitur, media quibus opus habet, diversa etiam potentia ac indole debere esse instructa, ut commodam correctionem atque immutationem instituere, sive illorum, quæ supersunt imminutionem, !& eorum, quæ deficiunt additionem possit procurare. Quando itaque totum amplissimum alterantium campum percurrimus, illa ipfa commode I ad falina, urinofa, volatilia, 2. acida, 3. spirituosa sulphurea, 4. sulphurea fixiora, 5 falina media, 6. aquea, 7. mucilaginofa, 8. fixa terrea, salina, redigi ac dispesci posse, deprehendimus. Equidem haud mihi ignotum est, communiter inter alterantia, specifica

A 2

cifica recenferi folere, quæ nimirum certo cujusdam partis morbo, præ aliis remediis magis accommodata. funt, & fingularem atque præfentisfimum effectum, qui aliis negatus eft, producunt, & ob hanc rationem vel a parte affecta, vel à morbo nancifcuntur fuum nomen, & dicuntur alexipharmaca, antifebrilia, antifcorbutica, antepileptica, dolorem fedantia, antiarthritica, antihyfterica, & fimilia. Attamen noftra mens eft, illa ipfa abalterantibus feparare, utpote hæc magis funt univerfalia, dum humorum correctionem in genere refpiciunt, illa autem magis funt particularia, certo morbifico humori corrigendo, certæ etiam partis robori conciliando dedita atque dicata, quæ fuo tempore etiam examinanda erunt. Nos jam in præfentiarum alterantium operationem tantum fcrutabimur.

§. III.

Primum autem locum merito obtineant salia volatilia ex partibus durioribus animanțium parata, vel fi mavis falia volatilia cum oleis destillatis gratissimis, v. g.oleo anifi, macis, corticum citri recentis, caryophylorum essentificata & nobilitata, sive in forma sicca serventur, sive in fluorem redigantur. Magnificæ famæ hæc sunt remedia, quorum usus præsertim hodierno tempore tam ad præservandos quam sanandos morbos creberrimus. De hisce vulgaris opinio est, quod acidum non tantum in primis viis sed etiam in sangvine existens morbosum pariter & viscidum, præcipua illa morborum chronicorum elementa, promptissime destruant & extingvant, infuper & sangvinem fluxilem, flloridum, tenuem ad circulationem aptum efficiant, desumta ratione ex experimento, quo falia volatilia liquida infusa sangvini coagulato crasso, atro, illum pulchre dissolvunt,

atte-

载(7)赞 attenuant, & colore coccineo imbuunt. Utut autem ip-fa virtus acidum & viscositatem destruens in falibus istis negari nequeat, statuimus tamen, dicta remedia potissimum agere in spiritus & hisce mediantibus operationes suas exerere in fangvinem & humores. Etenim cum ex tenuissimis salino-sulphureis naturæ gratissimis constent partibus, non tantum in sangvine expansionem spirituum promovent, sed poris nervorum ac cerebri sefe infinuando fluidi nervei motum valde adaugent, ut de inde aucto in machina motu spirituum, ceu partium impetum facientium, sangvis circuletur felicius achberius, excretiones præsertim transpiratio succedant expeditius, ipseque sangvis sub tali motu attritivo & depuratione coagulum ac spissitudinem deponat, & fluidus, benignus, purus, ad sanitatem aptissimus evadat, quocirca vero simillimum videtur, sangvinis fluiditatem, quæ subsequitur usum salium volatilium magis dependere ex motu sangvinis, quam ex mixtione horum sa. lium cum sangvine. Quanta enim requireretur copia hujus medicamenti, si universa sangvinis massa ipsoesset imprægnanda? Ex hisce dictis promptum jam erit invenire salium volatilium oleosorum applicandi modum & rationem, quod nimirum præsentissimam opem ferant illis, qui fangvinem crassim, densum, mucosum in venis alunt, ex diæta crassa, salsa, dura, sub vita otiosa, ætate senili, ac tempestate frigida & humida. Præservantur talia subjecta per opportune horum usu à gravissi-mis chronicis morbis nominatim cachexia, hydrope, scorbuto, affectione hypochondriaca. Conveniunt & por-ro, ubi spirituascentia opus est, vires deficiunt, digestio est depravata, flatulentiis stipata, & spiritus animales in movendis membris non rite officium suum faciunt. Nociva auva autem observantur, quando humores sunt salibus sul-phureis biliosis referti, spiritus ad motuum ataxias val-de dispositi, ibi facile intempestivo usu dolorem capitis hæmorrhagias, calorem lentum producere atque excitare idonea lunt.

§. IV.

Secundo loco sub examen sistimus acida. Adscribitur hisce teste experientia egregia vis calorem præternaturalem extinguendi, appetitum provocandi urinam ciendi, nec non fitim tollendi. Operari illa ipfa perhibent, dum particulas sulphureas biliosas exsuperantes, five statim primis in viis, five in sanguine contentas angulofis suis ad motum verticillarem ineptis enervant, concentrant, inque motu intestino, qui causa originalis nimii caloris est, sistunt. Comprobant illud ipsum sequenti experimento, dum olea ætherea destillata penetrantissima cum spiritibus mineralium acidis permixta, non modo abeunt in coagulum, sed & odore, sapore, ac virtute penetrante inde orbantur. Posset quidem hocloco in contrarium moveri, spiritus acidos concentratos præsertim nitri, qualem possidet Dn. Præses, fumantem affusis oleis destiliatis sale volatili turgidis gravioribus, vehementissimam effervescentiam cum rubicundissimo vaporo fimul & flamma lucidisfima eructante, excitare, ut adeo hæc acida calorem in corpore nostro non parum adaugere queant. Enimverò experimentum præfatum perperam ad nostrum corpus applicatur; Primo enim acida concentrata, inque tanta quantitate in corpus non assumuntur, neq; immediate horum cum oleoso corpore miscela fit. Secundo assumuntur diluta, quando autem spiritui nostro fumanti affundimus dimidiam partem aquæ, experimentum non amplius succedit. Nostra autem

蓉(9)蓉 tem sententia est, acida non solum operari in materiam, figendo & detinendo in limitibus suis sangvinis sulphur quod matrix caloris est præter naturalis, nimis exaltatum, sed & in super motum influores introducendo agere. Quod assertum ex eo clarum evadere posse censeo, quod omnis generis acida arteriæ asperæ communicata irritatione sua tussim provocent promptissime. Imò curiosum est acida in corpus assumta titillationem & pruritum quendam in fonticulis excitare consvescere. Deinceps comprobatur & illud exinde, quod acida fubtiliora, uti fal acetosellæ essentiale, sal succini, cremor tartari, debita quantitate adhibita non modo alvum egregie proritent,& purgantium vires valde adaugeant, verum insuper serum salsum potenter per renes educant. Elixir proprietatis cum acido spiritu paratum revera. purgantem vim plus exerit, quam si cum alcali ejus præparatio fuerit adornata. Eandem ob causam nimirum stimulantem acidula præsertim subtilia, uti vinum, & spiritus mineralium dulcificati appetitum emortuum efficaciter erigunt atque exfuscitant, partes orificii ven-triculi nervosas blande vellicando.

S.V.

Inter alterantia tertium locum inveniunt spirituofa. Sunt hæc nihil aliud quam sulphura expansa & resoluta, sicuti enim oleum est nihil aliud quam spiritus inflammabilis concentratus, ita spiritus $\varphi_{\lambda o \gamma u \tau \delta s}$ est oleum mediante fermentatione vel solutione subtilissime resolutum, prout chymica experientia id est clarissimum. Intelligimus vero per spirituosa talia, quæ sulphur subtile odore non minus quam sapore gratum ac suave complectuntur, quod abundantissime reperitur in aromatibus, à quibus si avocaveris oleum, illud quod remanet inuti-B

读(10)读

le ac effœtum terreum magma est. Agunt hæc dicta sulphurea spirituosa proculomni dubio non tantum immediate in humores, materiam præbendo illorum spirituascentiæ ac subtilitati, verum etiam eodem modo ipsos in spiritus, motores ac rectores machinæ nostræ spiritus enim sive adhuc cum sangvine sint mixti, sive mediante tenuissima corticali glandulosa cerebri sub-stantia separati, indolis aereo-æthereæ, nec non blandæ sulphurez salinz sunt. Conspicimus id manifesto, dum dicta spirituosa langventes vires in momento erigunt, & spiritus ipsos restituunt, quocirca magnum usum habent in lypothimia, syncope affectis, virium imbecillitate ex causa frigida, protinus subsequi solet pulsus citatior, facies rubicunda, calor in extremis partibus major, qui effectus non bene derivandus venit ex eo, quod in totam massam humorum agant, pauca enim spirituoso-rum quantitas etiam tantum odoretenus admissa sufficit ad syncopricum excitandum, animiq; deliquium auferens dum. Calorem solent scenerari corpori maximum si in forma olei usurpentur, cujus rei alia ratio non videtur esse, quam quod rotam corporis nostri supremam seu spiritus vehementer moveant ac circumagant, quo efficitur, ut etiam fanguinis circulatio promptior & expeditior per partes solidas celebretur, & eo ipso ex motu isto attritivo partium solidarum aucto calor haud exiguus producatur. Solent hæc dicta spirituosa,quo etiam spectant superius recensita salia volatilia oleosa, præstantissimam vim carminativam' exerere in inteffinis, non quod tantum mineræ flatuum viscosæ adversa fint, sed potisfimum, quod fibras & tunicas intestinales spiritibus animent ac vigorent, à quo harum partium tonus ro-bur, ac vis flatus propulsoria dependet_. Flatus enim mole-


molestant intestina maxime tum temporis,quando ipsorum robur fractum ac debilitatum est.unde validissime â flatuum expansiva eiastica vi distenduntur, non sine a: cuto perfrequenter dolore. Quodcunque itaque inte-ftina ad tonum & constrictionem naturalem reducit, il-lud & ad expulsionem flatuum maximum absolvit punctum.

§. VI. Dantur & alia confortantia naturæ mediæ, inter quæ primas facile tenet ipfum vinum optimæ notæ, quod ex particulis fpirituofis fulphureis, nec non aqueis ac acidu-lis æquabiliter bene mixtum temperatum ac excoctum eft, quod cæteris, quæ infignem dulcorem in receffu ha-bent, & majorem quantitatem fpiritus posfident, præ-ferendum effe exiftimo, quamvis & hæc laudabilem fu-um ufum habeant. Profecto tale vinum palmam præ-ripit cæteris confortantibus: Eft enim præftantisfimum ripit cæteris confortantibus;Eft enim præstantissimum cordiale analepticum, diureticum, diaphoreticum, alexipharmacum, sangvinis spiritu ascentiam & ejus circulationem promovens, secretiones & excretiones œconomiæ animalis laudatisfime ad juvans, & uno verbo moderate sumtum certissimum est omnium morborum præservativum Sanitatis enim conservatio in eo maxime confistit, ut sangvis probe circuletur, sub qua circulatione postea omnes inutiles heterogeneas corruptibiles sangvineæ mixturæ infensas feliciter deponit partes, ut machina tali ratione quam optime præservetur ab omni corruptione. Neque dubitabit quidam, vinum præter humores etiam in spiritus, & motu agere in corpus, qua-re etiam olim Oribasius vinum optimum mentis medicamentum dixit; & Plato in Phadone: Vinum animum cum corpore calefacit.

S.VH.

蓉(12)蓉 §. VII.

Ex dictis facile colligendum esse judico, caute administrandum horum remediorum usum esse, & valde no-cere, ubi in actuosa inordinata spiritus & humores sint motione, in febrilibus insulcibus, spasmodicis affectibus doloribus, deliriis, hæmorrhagiis, & ubi complexio cor-poris tenera fenfibilis activa biliofa præsens est. Nocent & in majori dosi propinata illis, qui sangvinem copiosum, crassum, & spissum habent; quandocunque enim talis fangvis forti motu exagitatus majus occupat spatium, & in tubulos corporis sæpe intruditur, ubi rursus sese bene expedire nequit, unde fiunt stases, secretiones imminutæ, quæ viam pandunt ad cephalalgias, inflammationes viscerum, obstructiones, arthritidem, hydropem, althma, paralysin. Familiaris res est, quando illi, qui otiosam vitam degunt, & corpus male perspirabile possident, paulo largiori quantitate affumunt vinum præsertim generosum, dulce, oleosum, quod multum habet sulphuris fixi, nectam facile transit secretoria, incurrunt in gravissimos sæpe numero dolores capitis, qui autem vino per aliquot saltim dies assveti sunt, tale incommodum neutiquam sentiunt, quoniam fluxiliores humores in corpore recondunt. Deprehendimus etiam experientia, quando phlegmatici, obefi, torpidæ naturæ subito & for-titer incipiunt corp9 movere & exercere, quod notabilem lassitudinem, gravitatem membrorum, respirandi difficultatem, cephalalgiam persentiant; Adeo ut & hic locum habeat aureus canon Hippocratis: Aphor. 51. Lib. 2. Omne nimium nature inimicum, plurimum & repente vacuare, aut replere aut calefacere, vel refrigerare, vel quovis alio modo corpus temere' movere, periculosum, quod autem fit sensim ac vicisfim, periculi expers est, idque cum alias, tum si quis ab uno ada-§.VIII lind fe convertat.



Referuntur etiam inter summe confortantia & analeptica, corpora fragrantissima, bene odorata uti mofchus, zibethum, ambra, & flores vegetabilium varii fvaveolentes: Hæc ipfa fubtilisfima fulphurea de fe fpar-gunt magna in copia effluvia, quibus non tam in humo-res, quam ipfos in fpiritus per angustissimos nervorum porulos transeunt, quorum motum valde tenuitate fua vigorant, & accelerant, fimul quoque ipfis materiam pro generatione aptam præbendo. Quocirca ubi spirituum langvor & defectus est, ubi vires collapsæ, five per ætatem, five per laborem, nimiam venerein, hæc ipfa non tamen exclusis aliis substantificis interne & externe præsentissimum auxilium etiam in exigua mole afferunt. Quod autem talia spiritus immediate afficiant, ex eo constare possearbitror, dum pauca effluvia naribus suscepta in fæminis quibusdam tenerrimæ constitutionis horrenda pathemata hysterica, convulsiva, spasmodica, quæ non nisi per graveolentia vel alia spirituum discursivum motum componentia sifti possunt, excitant.

§. IX.

Progressum jam facimus ad ipsa sulphurea fixiora, seu temperata, sub quo classe comprehendimus corpora refinosa, sulphure temperato svavissimo constantia, quæ solent dici ab hodiernis balsamica; Hujus generis solent esse myrrha, succinum, storax, benzoë, balsamum peruvianum, opobalfamum, mastiche, cortex ligni fassafras, lignum aloes ambratum, cortices citri, refinæ ligni aloes, ladani, ambra, rosmarinus, omnesque herbæ cephalicæ ac plantæ verticillatæ & ejusdem generis plura. Re-media hæc sunt magnæ & commendatissimæ efficaciæ, & inter nervina & cephalica primum facile obtinent locum.

载(14)臻 cum. Solent affumi vel in substantia, in forma pilulari, vel sub formâ liquida in essentiam redigi. Illorum usus præcipuus est in verrtigine, paralysi, apoplexia, catarrhis, aurium tinnitu, epilepsia, cephalalgia pituitosa, glandularum nimia laxitate, lymphæ impuræ abundantia, ac viscerum debilitato tono. Modus ac fundamentum operationis in eo statuendum esse credibile videtur, quod partim sulphureis suis blandis, ramosis particulis motu intestino fanguinis & humorum spirituascentiam blandè ac successive promoveant, partim etiam fibrillis nervorum, nec non cerebri ab humido valde relaxatis robur quoddam, levemque constrictionem concilient, quæ constrictio & quod robur est revera motus quædam species, cujus beneficio fluidi cujuscunque progressus ac circulatio cum efficacia promovetur, adeoque & balfamica motum fluorum promovendo potissimum exerunt suam efficaciam longe nobilissimam.

S.X.

Accedimus jam ad examen amarorum, quæ fi ulla cerz te hæc nobilisfima & polychreftafunt. Amarities ad vitam valde videtur neeeflaria, nam nullum eft animal quod bile careat, & quod fine bile vivat, ideo etiam 'providisfime bilis in hepate feparata protinus cum alimentis in ventriculo digeftis ceu balfamum utilisfimum mifcetur, cum fi excrementum fuiffet magis natura per inteftinum rectum illam ipfam exterminare allaboraffet. Equidem amara ipfam mixtionem fucci nutritii & ipfius fangvinis intimam, nec non fluidi fpirituofi crafin minime ingrediuntur, ut potius fequeftrentur ab ipfo, nihilominus ufum præbent excellentisfimum. Confiftit autem ipfe in eo, ut partim acidum primarum viarum renis juxta Helmotinm inimicum (dum fangvinem fpisfum

韓(15)韓

um ac crassum reddendo in motu fistit) destruat, & viscofitatem dissolvat, ante omnia autem ut blanda irritatione & vellicatione ad motum stimulet intestina, quo ipforum motu peristaltico vegeto reddito alvi excrementa inutilia, ad corruptionem humores diuturna mo-ra valde disponentia felicissime eliminentur. Quare si bilis deficit, si sal sulphureum fixum, quo omnia amara gaudent, in exigua quantitate inest, obstructiones alvi fæcundæmorborum chronicorum matres propullulant. Quo circa observamus sollicita experientia, omnia amara convenienti dofi exhibita laxantia effe, & alvum admonere sui officii. Præterea omnia remedia amara & inter hæc extracta herbarum amaricantium, aloetica_, præsentissima sunt remedia ac præservativa in morbis refractariis, chronicis, qui ex obstructione & infarctu vis scerum subnascuntur, quales sunt icterus, febris quartana, scorbutus, hydrops, asthma, cachexia, malum hypochondriacum, scirrhus hepatis, lienis, non quod acidum, quod tantum peccare putant multi recentiorum hisce in morbis destruant atque enervent, sed quod materiam bilis præbeant, & præcipue blande totius corporis excretoria stimulent, maximeque glandulas biliarias, renales, subcutaneas, irritent, ut officio suo fungantur, & fluorum excrementitiorum secretio promoveatur. Adscribitur etiam recensitis amaris singularis vis sanguinem depuratoria, quæ identidem non aliter explicari potest & debet, quam quod facultate gaudeant deobftruendi viscera, non ipsam materiam subsistentem crassam fluidificando, sed motum introducendo, in excretoriorum fibrillas, unde robore ipfarum increscente, prompte contenta prius tamen ad fluiditatem quandam difposita resolvuntur, & ad excretionem accommodantur: EteEtenim fangvinis impuritas omnis five vifcida fit, five falina, fangvinis circulo debiliori & excretoriis obftructis, vel in tono fuo ac robore laffatis adfcribenda eft. Quicunque itaque vult fangvinem depurare, & illum liberare à fordibus morbofis excrementitiis, is ut excretiones tantum promoveat, neceffe habet, ita enim fua fponte humorum edulcoratio fuccedit.

§. XI.

Ex alterantibus remediis splendent etiam salia sic dicta neutra seu media, qualia nominatim sunt, arcannm duplicatum, tartarus vitriolatus, nitrum purificatum, terra foliata tartari, solutio oculorum cancri, sal ammoniacum, tartarus tartarifatus, sal digestivum Sylvii bene præparatum. Habent hæc ipfa magnum ufum in medicina, dum fine aperiendi ferme in omnibus morbis, ubi obstructiones & viscositates reperiuntur, sicuti sunt chronici inveterati, magno cum effectu præscribuntur, & commendantur. Quæstio autem est de modo operandi. Complures existimant illa ipsa spiculis & aculeis suis, quibus constant, discindere & dividere viscosæ materiæ plicas & contextum, & ita mucofum in tenuem humorem convertere, quamvis autem illum effectum non plane negare velim primis in viis, non tamen perspicio, quomodo fangvis universus mucosus ac viscidus illis ipsis sufficienter possit dissolvi, cum nulla intercedere soleat proportio inter cruoris molem & dofin falium. Agunt itaque potius stimulando singula corporis excretoria. Quam egregie sedes promoveant laudata salia, si in sufficiente quantitate assumuntur, noto notius est, & quam valide purgantis etiam in minore dosi virtutem acuant, intendant, practici optime norunt_. Revera es nim unum granum refinæ jalappæ cum granis decem vel

vel duodecim dicti cujusdam salis maritatum plus efficit quam refina jalappæ ad grana quinque sumta... Nec ignota potest esse horum salium efficacia diuresin movendi, cum ferme inter singulas formulas diureticas ipla relata undiquaque invenias, nequeres est de nihilo : salia enim utique amant quasi ex confymbolismo re-rum evacuatorium, cum eorum particulæ nervum poris admodum congruæ ac confines fint, ut adeo in dicto secretorio vim suam stimulantem irritantem longe felicius exerere possint, quam in aliis visceribus. Ex salibus autem neutris singulare quid fovet ipsum nitrum, divinum certe remedium; compositum hoc sal inflamma-bile est ex spiritu acido sulphureo subtilissimo, ac terra alkalina; Hoc fola depuratione præparatum inter calorem excessivum deprimentia, inflammationes & sitim inexplebilem extingventia, viscidumque humorem resolventia vix par & sui simile habet; & quando bene ejus vires ponderamus & experientia inquirimus, est illud ipfum laxans, item diureticum, diaphoreticum aperiens anodynum, refrigerans præstantissimum, quo vix bonus & exercitatus medicus carere commode potest. Quæstio autem hic est de modo operandi? Dicimus autem & afferimus, illud ipfum revera non tam in humores totius corporis nostri agere posse, quam potius in spiritus. Experientia enim, quando ipfam follicite confulimus, teftimonium nobis præbet: decem tantum grana nitri, cum pulvere præcipitante fixo, sæpius notabiliter calorem & ardorem corporis, ipsamque sitim extinguere posse. Impossibile autem est, ut omnes humores paucis istis gra-nis imbui ac impleri possint. Remanet itaque, ut statuamus, sal hoc esse talis naturæ, ut cum lympha corporis mixtum, subeat poros ipsius cerebri, quod aliis negatum est,

est, immediate ejus particulis abeuntibus ad massam spirituum, quos in motu suo quodammodo sistum, & ob hanc rationem virtutem anodynam refrigerantem, etiam diaphoreticam exercent, unde etiam nitrum anodynum minerale à quibusdam exercitatissimis practicis falutatur.Probabile hoc affertum videtur ex eo, quod tam potenter refrigerat, quod omnibus aliis salibus concesfum non est, quæ potius calorem ac sitim accendunt.; Deinde quod spirituum motum suribundum, impetuosum sistat, unde in inflammationibus, it. in mania, phrenitide non datur remedium efficacius, quod omnino alia acida bilem & fulphureas volatiles particulas longe potentius figentia non præstant; Et tertio, quod tonum non tantum ventriculi sed & aliorum viscerum ac glandularum relaxet, unde serositates in corpore à nimio usu nitri augentur. Ex quibus jam facile intelligitur, nitrum illis remediis accensendum esse, quæ motus fluorum ac spirituum in corpore sistunt, nam non tantum medicus facere in morbis motus, sed & sæpenumero nimios sedare ac sistere debet, inter hæc autem tutissimű referimus nitrum.

§. XII.

Ex falibus mediis fingularis quoque confideratio-nis est vitriolum, per quod intelligimus fal ex acido & martiali corpore concretum. Tincturæ martiales quæ mirifice & passim dilaudari solent, ad rebelles etiam morbos persanandos, nil nisi solutiones martis sunt per acidum menstruum institutæ adeoque vitriolicæ. Ipsæ acidulæ decantatissima remedia, mutuantur maxime suam virtutem à vitriolo, quod primarium illarum est ingrediens. Vulgaris jam est opinio, tincturas martiales seu martem potabilem operari edulcorando fanguinem & quidem

蓉(19)蓉

quidem acidum absorbendo & præcipitando. At verò quis fibi imaginari potest, tam paucas guttulas, quæ vix decimam partem grani martis occupant acidi exfuperantis portionem posse absorbere, maxime, quoniam jam martiales partes sufficienter acido menstruo in tincturis saturatæ sunt. Nihil itaque remanet,quam ut confugiamus in horum explicationem. Nostrum proinde judicium est, ipsa in corpus assumta & cum lympha ad fanguinem deducta, ad glandulās & fibras motrices partium appulsa, relinquere in minutisfimis earum poris ac tubulis partes suas paululum scindentes ad morum ineptas, quæ dum influxum spirituum invitant, lenem constrictionem ac tonum partibus hisce inducunt, quo facto progressivus motus tam sanguinis & humorum, quam etiam secretio & propulsio excernendorum' promovetur, adeò ut sic dicta constringentia, quod innumeris exemplis es-set roborandum, sepissime egregie aperiant & excretiones promoveant. Videmus autem hunc vitrioli effe-Aum manifesto, quando tantum dimidium grani vitrioli albi attrahitur in nares, quanta copia muci, per illud eliciatur, constringendo enim tunicam glandulosam ac nerveam, in magna copia exprimit mucum ac lympha-ticum succum. Eadem est ratio, quare vitrioli sal ad drach. mam unam affumtum interdum per vomitum, interdum etiam per alvum copiosum serum tenax, pellucidum ejiciat. Rimari etiam hoc loco allubescit operati-onem acidularum. Certe in compluribus gravissimis morbis acidulæ magnos præstant effectus & quidem non tam propter copiam aquæ, quæ revera & utilissima est, sed & propter vitriolum, quod stimulando alvum a-liaq; excretoria humorũ ejectionem nec non partium deobstructionem promovet, ac secundat. Notabile enim eftnul-

est nullum remedium magis universale evacuans esse, quod per singula folennia evacuatoria & non rarò uno tempore fatis fortiter operatur, quam sunt ipsæ acidulæ. Hæ enim in copia haustæ in nonnullis subjectis & alvum & urinam, & sudorem & vomitum satis valide provocant, quæ fanc virtus à vitriolicis partibus ad omnia evacuatoria allatis, quod dependeat ex superiori allata ratione clarum evadere potest. Cæterum de martialium modo agendi & illorum usu legi possunt note Dn. Prestdis in cap. 25. Cent. II. Poterii.

¢. XIII.

Ordo nunc postulat, ut remediorum aqueorum, fluidorum naturam ac indolem examinemus. Veteres quod infusa & decocta herbarum cum aqua facta in morborum curatione mirum æstimaverint, ex monumentis ejus si consulimus constat; Neque remedia hæc sunt vilipendenda, sed revera in medendo maximas possident vires. Horum autem virtus non principaliter ab herbis, sed potius à copia aquæ derivanda est. Aqua humor est fluidissimus, cujus minimæ partes in perenni ac perpetuo juxta se invicem versantur motu. Aqua liquor est, cujus interstitia materia subtili acreo ætherea repleta sunt, qui aptus est diversissimas partes salinas viscosas in suos poros recipiendi, & quo levior est, purior, à variis heterogeneis talibus particulis privatus, eo majori emolliendi, resolvendi, fluidificandi gaudet potentia. Et quoniam vita & conservatio corporis nostri confistit maximam partem in sangvinis temperie, fluiditate, motu circulari, & partium heterogenearum expulsione, in promptu est colligere, aqueum fluidum, quod lubricis flexilibus, evaporabilibus constat particulis, aptissimum esse fangvinis spissitudinem & crassitiem præcavere, ipsumque in fluiditate debita & motu conservare, adeoque a gravissimis chronicis morbis qui ex obstructionibus, liquorum impuritatibus oriuntur, præservare. Ut adeò meritò aqua pura & convenientibus ingredientibus correcta, calideque in conveniente dosi assumta simplicissimum quidem sed revera summum, universale & efficacissimum remedium sit, quod ad multorum morborum præservationem & curationem magnum attribuit adjumentum. Omnes morbi qui à salibus peregrinis impuris oriuntur, quorum plurimi sunt, non melius possunt debellari, quam infusis & decoctis salia diluentibus, & per debita evacuatoria e corpore evenentibus. Ex hoc fundamento petenda quoque

quoque est aquarum salubrium, quæ sæpius non nisi aqua purissima sunt, æthereo subtili spiritu abundans, efficacia. Agunt nimirum hæc diluentia utique principaliter ipsum in sangvinem & humores, & quoniana in magna quantitate assumi folent, in parva enim vix aliquid præstant, idonea sunt totam humorum & sangvinis massam alterare, & ad fluxilitatem disponere; Neque tamen infitendum est, remote etiam operationes exerere in spiritus, nam quando calore & motu fluiditatis circulatio sangvinis promovetur, sangvis fluidus redditur, & excrementa ab eo probe sequestrantur, spiritus etiam & copiosi, laudabiles generantur & expanduntur, & ob hanc causam potus thee commendari solet ipsi literatis & valde celebrari, ad torporem & somnolentiam ex capite dissipandam, ad hilaritatem, ad studia & res cum alacritate peragendas; Excitatis enim spiritibus, qui primi ac præcipui reliquorum fluorum motores ac impulsores sunt, moventur & ipsi humores secundum regulam. Inanis autem à medicorum vulgo metus est, aquea hæc in copia assumta disponere ad cachexiam, leucophlegmatiam, hydropem, Ex nostra sententia potius infusa calida sat larga quantitate exhibita, ab alcitico morbo egregie defendunt, imo ipsum serum reddendo fluxile, ut deinde co melius cedat purgantium virtuti, magna præstitisse observavitaliquoties Dn. Præses. Modum tamen & hie tenere oportet, cum utique continuo aquarum calidarum usu ventriculi & intestinorum tonus acrobur propter nimiam diftensionem successive resolvatur, nec non menftruum salivale & biliosus liquor nimium diluantur, ut deinde digestioni & resolutioni ciborum ac chyli spirituascentiæ rite præesse nequeant. C. XIV.

Medicamentorum probatæ virtutis catalogum subeunt emollientia seu mucilaginosa quibus revera haud exigua inexistit efficacia, præsertim si decoquantur, & principium illud mucilaginosum & ramosum probe extrahatur. Ex horum numero sunt radices liliorum alborum, althea, scorzonera, rasura cornucervi, herba malva, consolidæ majoris, buglossæ, flores violarum borraginis, buglossæ cynogloss, papaveris rhœados, femen cydoniorum, bombacis, amygdalæ dulces aliaque semina, olea expressa, ficus passulæ, hordeum; Hæc decenter decocta maximum habent usum in morbis, quales sunt feabies, lepra, ulcera, scorbutus, dolores arthritici, diarrhϾ, hæmorrhagiæ quià

C3

giæqui à fale exfuperante, erodente, partesque nervofas ad spasmum concitante, natales suos petunt. Agunt autem dicta remedia omnino principaliter in humores, quorum spicula salina, acria, ramoso, anfractuoso suo contextu excipiunt, involvunt, intricant, ut aculeis & cuspidibus ipsorum infractis, non amplius irritare, partes solidas discindere & præter naturales motus spirituum amplius efficere possint. At verò si aliquod singulare debent præstare etiam in larga quantitate svadenda sunt, & opus tunc est ventriculo vacuo, visceribus non obstructis, scirthosis, corruptis, intestinis & chiliferis viis liberis, ncc non bono ventriculi tono & c.

§. XV.

Ultimo loco sistimus sub examen medicamenta terrea, que duplicis sunt generis, vel enim quædam sunt naturæ alkalinæ, texturæ levissimæ, facile solubilis, uti sunt lapides cancrorum, testæ cancrorum, conchæ præparatæ: quædam autem ex crassioribus, solidioribus, minus prompte solubilibus, composita sunt partibus, uti sunt unicornu fossile, variæ species terræ sigillatæ, bolus armeniæ, hæmathites, ossa & cornua philosophice præparata, bolus rubra, alba. Prioris generis terrea in humores acidos prima in regione sublistentes magnum habent jus istos invertendo corrigendo, & absorbendo, unde etiam acidorum correctoria & absorbentia nuncupantur. At verò insuper & urinam & sudorem ciere solent, quod ita procedit: dum nimirum exsuperans in affectione hypochondriaca, hysterica, arthritica calculosa, absorbent acidum, degenerant in sal salsum, amarum, egregium detersivnm, quod cum lympha deductum ad sangvinem excretoria seri subtilis & crassioris, glandulas nimirum subcutaneas & renales blande stimulat, & ad excretionem sollicitat, ita diuresin ac diaphoresin accedente debito regimine frequenter provocant. Solent hæc absorbentia esse polychresta, & non tantum in morbis chronicis ab acido oriundis, sed & in acutis, cujuscunque generis inflammationibus, febribus, excretionibus morbofis ad corporis peripheriam operam. locant laudatissimam. Differt autem ab ipsis reliquorum terreorum crassioris confistentiæ operatio, dum hæc in corpus admissa præsertim si cum acido occurrente in austeritatum degenerent, motum fluorum intestinum tantum ac lentum efficiunt, quoniam multas graves craffas

韓(23)韓

crassa, ad motum intestinum & progtessivum ineptas sangvini communicant particulas, poris fluorum ubivis sese interponentes. Quocirca ubi humores nimis sunt tenues, rarefacti, expansi propter nimium motum, nec non salibus acribus subtilibus stipati, uti in multis doloribus, spasmis, febribus inflammatoriis cum excretione conjunctis, hæmorrhagiis, diarrhœis accidit, ibi dicta terrea constringentia laudatissimum depromunr effectum. Minus autem proficua sunt, ubi sangvis est crassus, densus, viscosus, & prima regio pituita & tenaci materia obsessa est, visceraque obstructa, sangvinisque ventilatio debilis, tunc enim obstructiones & infarctus magis adaugent, secretiones impediunt, quocirca in febribus quartanis intermittentibus, maxime in principio, mensium vel hæmorrhoidum obstructione, expulsionibus criticis, & ubi sangvis vel lympha evacuari solet confveto tempore, nocentissima sunt. Quod diximus de terreis, constringentibus, illud ipfum quoque optimo jure valet de 'celebratisfima china chinæ, aliisque v. g. visco quercino, radice plantaginis, cortice. quercino, tincturis adstringentibus ex hæmathite, marte paratis, aluminosis, quæ ad paroxysmos febrium tollendos nonnulli mirifice commendare solent; Et faciunt profecto suum officium egregie, si febres sunt tertianæ, biliofæ, magno cum motu conjunctæ, vernales, æftivæ, fubjecta sangvinea, cholerica, præmissis illis, quæ motu sangvinem viscofum dissolvunt, & obstructa viscera librant, tunc enim & roborando & constringendo crasin sangvinis, & roborando glandularum subcutanearum omniumque viscerum tonum felicissime febris reliquias ex corpore ejiciunt & motus febriles consvetos prohibent ac perfectæsanitati homines restituunt. Ex adverso si improvide & intempestive adhibentur, ibi majorem crassitiem humoribus fœnerando, & obstructionem firmando, lethales etiam morbos, febrem hecticam, hydropem, producere apta sunt. Nulla enim remedia majori cautione & circumspectione opus habent, quam adstringentia, quorum effectus valde dubius, & contrarius est, prout nimirum ipsa subjecta differunt, vel humorum varia est dispositio.

XVI.

Ex hisce omnibus adductis si benè ponderentur, facillimè intelligimus remedia hactenus recensita alterantia non aliter operari in cor-

pus

尊(24) 尊

pus noftrum, quam vel materiam vel ipfum motum afficiendo, adeoque mechanice, & quoniam confervatio corporis in certa materia five temperie fangvinis, certo in motu circulatorio & excretorio verfatur, non poteft aliter evenire, quin omnium morborum caufæ ex codem fundamento ducendæ ac derivandæ fint, & deinceps confequi neceffe eft, ut omnia remedia quæcunque aliquid contribuunt ad fanationem, ex codem fundamento agant & operentur nimirum materiam, variè alterando, difponendo, & motum nimium vel fiftendo, vel deficientem & langventem promovendo ac erigendo. Natura quippe in omnibus fuis operationibus eft fimplicisfima paucis principiis magna & mirabilia machinatur. Et quicunque non medicamentorum effectus ex eodem fundamento deducit, ille quod valdè halluccinetur in ratiocinando firmisfimè perfvafus fum. Sed hic fubfiftendum eft & Deo pro conceffis viribus gratiæ agendæ.

